tatem ossis, caliditate autem deficiente propter etatem incanes-
785a20 cunt pili hii. Et pili rufi canescunt velocius nigris : est enim rufedo
tamquam infirmitas pili, debilia autem senescunt omnia velocius.
Nigriores autem fieri senescentes dicuntur grues. Causa autem
utique erit passionis esse naturam plumarum ipsarum natura
albiorem, plus autem senescentium esse humidum in pennis
785a25 quam ut facile putrescibile magis sit.

Quia autem fit canities putredine quadam, et quia non est,
quemadmodum putant quidam, exsiccatio, signum prioris dicti
tectos pilos pilleis aut operculis canescere citius (spiritus enim
prohibent putrefactionem, coopertura autem non perflabile
785a30 facit) et auxiliari unctionem eam que aque et olei mixtorum.
Aqua quidem enim infrigidat, oleum autem mixtum prohibet
desiccari cito : aqua enim facile desiccabilis. Quod autem non
est exsiccatio, neque quasi exsiccata herba alba efficitur, sic et
pilus, signum quia nascuntur statim quidam cani : desiccatum
785a35 autem nullum nascitur. Albi autem efficiuntur multi in extremo :
785b1 in extremis enim et tenuissimis minima caliditas inest.

Aliis autem animalibus quibuscumque fiunt albi pili, natura
sed non passione accidit fieri hoc. Causa autem colorum pellis
aliis : alborum quidem enim alba pellis, nigrorum autem nigra,
785b5 variorum autem et factorum ex commixtione hac quidem alba,
hac autem nigra videtur existens. In hominibus autem nulla
causa pellis : et enim albi valde nigros habent. Causa autem quia
subtilissimam omnibus pellem homo habet, ut secundum magni-
tudinem, propter quod nichil potest ad pilorum permutationem,
785b10 sed propter imbecillitatem pellis ipsa permutatur colore, et fit
sub sole et spiritibus nigrior ; pili autem nichil permutantur.
In aliis autem pellis loci habet virtutem propter grossitiem :

E (ZPSYO^c*Ξ)* 2 enim] + *καὶ* 9 *et* 15 exsiccatio (*αὔανσις*)] refloricio *Γ*^{1} (? *αὖ ἄνθησις*) 11 non perflabile (*ἄπνοιαν*)] aperturam *Γ*^{1} (? *ἄνοιγμα*) 27 pellis] + *καὶ* 29 grossitiem *(ZPSYΞ)*] *πάθος*

Ap, VbBvFaCe 4 dicitur *Ap* : *om. Vb* 8 fit *om. Ce* 9 exsiccatio] refloriciei (*leg.* refloricio ?, cf. 15) *Ap* primis *Ap* 11 non perflabile] aperturam *Ap* 13 mixtum] motum *Ap* 15 est *om. Ce* exsiccatio[1]] reflexitio (*leg.* refloricio ?) *Ap* exsiccatus viror album *Ap* : exsicatus hec alba efficitur *Bv* : exsiccata herba efficitur *Vb* : exsiccatus, alias hirca alba effici ut albam efficitur *Ce* 18 et *om. Ce* remissimis *Ap* est *Ce* 21 aliis + autem animalibus *Ap* autem nigrorum *Ap* 22 commensuratione *Ap* 22 *et* 23 hac] hec *Ap* : hic *Vb (bis)* 23 nulla + enim *Ce*